

Le livre des serfs de Marmoutier, Appendix, Nr. 25

Quando Gaufredus de Sunziaco factus est monachus Sancti Martini, auctorizaverunt hoc Eleazarus de Faia, cujus servus ille erat, et Lucia uxor ejus; et habuit inde ipse Eleazarus C. solidos et uxor ejus tunicam pelliciam de escurol cum manicis variis. Similiter et filii ejus hoc auctorizaverunt Guillelmus, Gosfredus et Bernardus, et filia Herenburgis. Hujus autoramenti testes sunt: Haimericus Fascinans Vetulam, Rainaldus Doire, Stephanus Rex, Giraldus Longa Edogmada, Ebroinus, Johannes conversus, Amalguinus, Robelius, Jacobus armiger ipsius Eleazari; de nostris; Girbertus monachus, Rainaldus de Sancto Michaele, Ivo et Gaucherius famuli de Tavento. Si calumnia surget unde ipse Eleazarus non possit adquietare, sunt plegia datae pecunie Haimericus Fascinans Vetulam et Rainaldus Doir; testibus his: Rainaldo de Sancto Michaele, Ivone et Gaucherio de Tavento.